

DOCUMENTOS

FLORILEGIO DOCUMENTAL DEL REINADO DE PEDRO IV DE ARAGÓN

(Continuación)

CXIII

1341, enero, 17. Valencia.

Pedro IV de Aragón se dirige al zalmédina y concejo de Zaragoza, para comunicarles que los judíos menestrales de la ciudad, tienen derecho a trabajar en sus oficios de sol a sol, sin que lo impida disposición alguna.

871, f° 137 r°.

Dilectis et fidelibus nostris calmedine, juratis et probis hominibus civitatis Cesarauguste. Salutem etc. Cum nos, pro restauratione aljame Judeorum dicte civitatis Cesarauguste, concesserimus Judeis ministrilibus seu ministeria tenentibus, quod non obstante preconizatione in civitate ipsa ex ordinatione et jusione nostra in contrarium publice facta, valeant per dictam civitatem ab ortu solis usque ad occasum, exercere sua ministeria et officia, sicut prius. Ea propter vobis dicimus et mandamus: quatenus permitatis prefatos ministras Judeos, uti de cetero per dictam civitatem suis officiis, ut superius est premissum, nec eis, super hoc, contrarietatem aliquam apponatis. Dat. Valentie, sexto decimo Kalendas februarii, anno Domini M^oCCC^oX^oL^o 4.

Johannes Petri, ex provisione facta per Blasium de Ayssia, consiliarium.

* Sigue en el registro inmediatamente a este documento, otro (f° 137 v°) del día 16 de tenor análogo, dirigido a los jurados de Zaragoza y relativo a los judíos que trabajan « in tannariis et calderia tinturerie ».

CXIV

1341, agosto, 16. Montblanich.

Pedro IV de Aragón habiendo concedido a Simón de Segalers, ciudadano de Barcelona, que en una casa de éste, situada delante de la Fuente de la Boqueria, pueda instalar una o dos tablas de carnicero, manda al baile general de Cataluña delimitarlas.

872, folio 58 recto-verso.

Petrus etc. Dilecto suo Francisco Ça Sala, baiulo Cathalonie generali. Salutem etc. Cum Nos, ad supplicationem nobis factam pro parte Simonis de Casalers, baxatoris pannorum et ciuis Barchinone, uelimus per nos eundem in emphiteosim concedi quod in quodam hospitio suo, quod est ante Fonte de la Bocheria dicte ciuitatis, possit construere et construi facere, vnam uel duas tabulas carnicerie in quibus scindi et uendi possit, carnes arietum et aliorum animalium. Ita tamen quod pro ipsis nobis, anno quolibet, faciat certum prout Raimundus Ferrarii, notarius Barchinone, qui ex concessione eidem facta, duas tabulas carnicerie construhi fiat in dicta ciuitate. Propterea uobis dicimus et mandamus quatenus concessionem predictam jamdicto Simoni, sub dicta forma, faciatis limitando siue assignando locum siue terminum idoneum, prout dicto Raimundo Ferrarii existit, infra quem nullus sit ausus hedificare siue construere alias tabulas carnicerie. Nos enim super predictis uobis commimus (*sic*) vices nostras. Data in Montealbo, XVII^o Kalendas Septembris, anno Domini M^oCCCXL primo. Arnaldus, vicecancellarius.

Bartholomeus de Podio, mandato regio facto
per thesaurarium

CXV

1342, junio, 10. Barcelona.

Pedro IV de Aragón manda al baile de Barcelona, que se pague por la aljama judía de la ciudad y al pintor Ferrer Bassa, las pinturas de una mesa del Palacio Real.

1305, folio 32 v^o.

Petrus, etc. Fideli suo Bernat Viues, baiulo Barchinone, uel eius locumtenti. Salutem etc. Cum ratione picture mense nostre regii Palatii ciuitatis Barchinone et aliorum operum in dicto palacio fieri, ordinauerimus per fidelem nostrum Ferrarium Bassa, pictorem Barchinone, uelimus per aljamam judeorum ciuitatis Barchinone, dicto Ferrario Bassa, septuaginta libras Barchinone tribui et exolui. Idcirco uobis dicimus et mandamus quatenus dictam aljamam et singulares eiusdem, ac bona ipsorum, compellatis ad soluendum dicto Ferrario Bassa, uel cui loco sui uoluerit, dictas septuaginta libras Bar-

chinone, diuisum ut necessarium fuerit dicto Ferrario in emptionibus colorum auri et argenti et aliarum rerum necessarium dictis operibus prout per dictum Ferrarium inde fueritis requisitus. Et, facta solucione, predicta aljama, a dicto Ferrario, presentem recuperet literam et apocham seu apochas eorum que ex causa predicta sibi duxerint ex soluendum. Data Barchinone, quarto idus junii, anno Domini M^oCCCXL secundo. Signata

Bernardus de Uallo, mandato domini Regis

CXVI

1342. septiembre, 21. Barcelona.

Pedro IV de Aragón autoriza, a pesar del proceso contra Jaime III de Mallorca, al doctor en Leyes, de familia mallorquina, Hugo de Fenollet ¹, para incorporarse a la Universidad de Lérida a ejercer su labor académica.

873, folio 219 v^o.

Petrus, etc. Nobili et dilecto Hugono de Fonolletto, legum professori. Salutem etc. Noster instanter quem in subditorum nostrorum emolumenta dirigimus sollicitatur affectus qualiter Studium Ilerdense sicut ipsum territorii situs amenitas et terrene sterilitatis fecunditas, natura profluente nobilitate sit ad laudem Divini nominis virorum profecte scientium copia nostris temporibus decoretur, ad quod et super cives civitatis eiusdem pro sufficientibus investigandis doctoribus labores innumeros sepe subierint et expensas. Nos nichilominus qui sub gratiarum fomento ipsum studium fovere intendimus, tanto libentius ad eius augmentum plenius affectibus aspiramus quanto prudentius divine proinde clementie complacentes nostrorum fidelium, honores et comoda procuramus. Cum itaque cives ipsi ad vos, quem virum experte scientie ac doctrine probate non tamen diffuse fame preconium, sed multorum fidedignorum proficentur affectus duxerint aciem mentis sue et ut eiusdem Studii palmites, eo latius producantur ubique que se affluentius a vestri fontis origine senserint irrigari vos ad regendum et ipsum studium in jure civile eiusque fluentia effundendum in illo duxerint invitandum nobisque humiliter supplicaverint, ut ne propter rebellionem regis Maioricarum contra nos temere attemptatam cuiusque dominium vestris dedit ortum natalibus ad ipsum Studium accedere dubitetis, vos ne nostre securitatis presidio recipere dignaremur. Nos ob fructus uberes quos, Deo propitio, inde poterunt provenire, illorum supplicationibus inclinati. Tenore presentium concedimus gratiose quod non obstante processu, quem fecimus et facimus contra dictum regem Maioricarum, nobis rebellem et subditos suos, possitis venire ad civi-

¹ Siendo canónigo de Enna, era elevado el 24 de julio de 1346 a la mitra de esta iglesia y el 3 de diciembre de 1348, pasaba a la sede de Valencia. Sucedió en la cancellería del Monarca, al arzobispo de Zaragoza y la desempeña — con el corto parentesis de Juan Fernández de Heredia, impuesto por los unionistas — de 1345 a 1353. Fallece en 1356.

tatem predictam cum equis, equitaturibus, vassella, pecunia et cum sociis, scutiferis et famulis ad vestrum servitium necessariis et bonis vestris et ipso-
rum et ibidem stare et morari ac legere, ut prefertur, et inde recedere salve,
pariter et secure, cum personis et bonis superius nominatis. Vobis tamen et
dictis personis jurantibus, cum fueritis in dicta civitate, in posse curie Ilerde,
de non procurando nec revelando aliqua que nobis, subditis et terris nostris,
possent esse nociva vel utilia dicto regi Maioricarum et subditis suis. Man-
dantes per presentes procuratori nostro generali eiusque vices gerentibus
necnon vicariis, curiis, baiulis et vniversis aliis et singulis officialibus et sub-
ditis nostris presentibus et futuris, quod nobis sociis et dictis scutiferis et
famulis vestris, ratione dicti processus vel rebellionis malia, dampnum vel
injuriam in personis vel bonis non inferant vel inferri permitant. Immo
predictam concessionem nostram, inviolabiliter servant et servari faciant et
vos superius nominatos preservent et deffendant a dampnis, injuriis et grava-
minibus quibuscumque. Dat. Barchinone, XI^o Kalendas octobris, anno
Domini M^oCCC^oX^oLII^o. Arnaldus, vicecancellarius

Dominicus de Biscarra, mandato regio [facto] per Petrum
Despes, consiliarium

CXVII

1343, abril, 28. Barcelona.

Pedro IV de Aragón ordena a su armero Domingo de Novales, la entrega de una de las tiendas reales al físico Alatzar ¹, que acompañará al Monarca en la expedición que éste realizará contra Jaime III de Mallorca.

1306, folio 32 v^o.

Petrus, etc. Dilecto armerio nostro Dominico de Noualibus etc. Dicimus et
uobis mandamus quatenus vnam ex tendis nostris, deitis magistro Alatzar, fisico
nostro, qui in seruicio nostro debet nobiscum ad insulam Maioricarum, ad
quam nos conferre de presenti intendimus, Deo duce, ratione processus quem,
exigente iustitia, fiamus contra regem Maioricarum, vassallum nostrum
nobisque rebellum. Et, tradita dicta tenda, eidem magistro Alatzari uel cui,
suo nomine, uoluerit, recuperetis presentem loco apoche retinendam. Et nos
mandamus magistro rationali curie nostre aut alii cuicumque a nobis com-
potum audituro, quod uobis presentem sibi exhibente, tendam ipsam in
compoto uestro recipiat et de eodem uobis non faciat aliquem questionem.
Data. Barchinone, IIII^o Kalendas Madii, anno Domini M^oCCC^oX^oL tertio.
Signata.

Franciscus de Prohomine, mandato Domini Regis.

¹ Falleció en 1348, de la peste negra.

CXVIII

1344, junio, 1. Barcelona.

Pedro IV da salvoconducto a Pedro de Mediavilla y Arnaldo Llorens, para ir a la Soldania.

879, folio 145 rº.

Nos Petrus, etc. In fauorem vestri, fidelium nostrorum Petri de Mediauilla et Arnaldo Laurencii, mercatorum, ciuium Barchinone, quibus per dominum Summum Pontificem nouiter est concessum, de speciali licencia et permissu et absque alicuius pene uel excomunicacionis incursu, quod possitis semel transmittre ad terras Soldano Babilonie subiectas, vnam nauem oneratam mercibus et mercaturis prout in rescripto apostolico inde confecto plenius expressatur. Tenore presentium, guidamus et assecuramus omnes et singulos euntes et res aut merces suas mittentes in dicta naue et cum eadem naue redeuntes a terris predictis, cum omnibus bonis ipsorum in perando se per tres menses ante recessum imsius naus eundo, stando et redeundo a partibus predictis et etiam post redditum dicti viagii per trens menses continuos. subse-quentes post quam dicta naus applicuerit Barchinone post redditum nauigii memorati. Ita videlicet quod predicti euntes uel mittentes cum dicta naue, res, merces et bona quacumque in viagio predicto, non possint per nos uel aliquos officiales aut subditos nostros in terra uel in mari durante dicto viagio et ante et post predictum tempus, mercari, agrauari, capi, detineri, arrestari, pignori in personis uel bonis ad cuiumcumque instantiam, culpa, crimine uel debitis alienis nisi tamen crimen lese comiserit magestatis aut fuerint omicidi, heretice, sodomite, fabricatores false monete, fractores itinerum, latrones aut qui nostre curie teneantur per viagiis per ipsis factis contra nostri licencia et inhibiciones ad partes ultramarinas. Mandantes per presentes procuratori nostro generali eiusque vices gerentibus necnon vicariis, baiulis ceterisque officialibus nostris et eorum locatenentibus, quatenus guidaticum et assecuramentum nostrum huiusmodi firmum habeant, teneant et obseruent et faciant ab aliis firmiter obseruari et serius continetur. Data Barchinone, Kalendas juniis anno Domini millessimo CCCºXº quarto. Signata.

Idem

En el margen izquierdo :

Sine pretio mandato. Regis facto per thesaurarium

CXIX

1345, abril, 29. Perpiñán.

Pedro IV de Aragón recomienda a su consejero Tomás de San Severino, conde de Marsiti, que se dirige, en peregrinación, a Compostela.

877, folio 123 vº.

Petrus etc. Vniuersis et singulis amicis et deuotis nostris ubilibet constitutis ad quos presentes peruenerint. Salutem etc. Noueritis nobilem virum,

dilectum consiliarium nostrum Thomasium de Sancto Seuerino, comitem Marsici, in uoto et salubri proposito, uelle limina Beati Jacobi apostoli, de proximo visitare. Quocirca uos, amicos et deuotos nostros precamur attente uobisque officialibus et subditis ex certa sciencia et expresse dicimus et districtius percipiendo mandamus quatenus ipsum comitem, cum familiis, equis, equitaturis, axinis, arnesiis, vasella, pecuniis suisque rebus aliis et apparatus vniuersis, tam per terras nostras quam per quasuis alias uestris subiectas districtibus, recipientes fauorabiliter et benigne eundem ire, redire ac transire libere permitatis eique, si opus fuerit et inde requisiti fueritis, prouidatis de securo transitu et conductu. Quibusuis inhibitionibus aut mandatis factis in contrarium obsistentibus nullo modo. In cuius vestri testimonium, presentem fieri iussimus, nostro sigillo munitam. Data Perpiniani, tercio Kalendas Madii, anno Domini M^oCCC^oX^oL quinto. Arnaldus, vicecancellarius.

Guillelmus de Moraria mandato regio facto per vicecancellarium

En el margen izquierdo :

Sine pretio, mandato domini Regis, ut dixit
Martinus Darua, de domo regia.

CXX

1346, abril, 18. Valencia.

Pedro IV de Aragón otorga al concejo de Luna que durante cinco años pueda cobrar barcazgo o pontazgo por el paso del Gállego en barca o por el puente, destinándose la recaudación a la reparación de dicho puente, destruido por una inundación.

880, folio 149 recto.

Nos Petrus, etc. Quia pro parte uestri, concilii proborum hominum et vniuersitatis loci de Luna, fuit nobis humiliter supplicatum quod tum ob nimiam inundationem aquarum pluuiarum et aliarum confluentium in riuo de Gallego, pons dicti loci dirutus fuerit et propterea traficus dicti riuus gentibus prosesistentibus per itinera dicte ville, cum illum vitare nequeant nedum difficilis. verum etiam periculosus proculdubio dinoscatur, dignaremur de competenti remedio prouidere. Quocirca ad humilis supplicationis instantiam uestri, uobis concedimus cum presenti quod per quinque annorum spatium a dat. presentis inantea continue sequendorum ¹ possitis tenere in dicto riuo de Gallego, vnam barcham donec dictus pons aliquantulum fuerit reparatus et a quibuscumque per barcham seu pontem predictos transeuntibus infra quin-

¹ Nuevo privilegio real, dado en Zaragoza el 20 de septiembre de 1348, considerando las calamidades que las malas cosechas y la peste negra affligian al lugar de Luna, ampliaba por cuatro años el plazo del barcazgo y pontazgo (887, folios 65 v^o-66 r^o).

quenum antedictum, exigatis et recipiatis pro barchagio seu pontagio, pro qualibet bestia onerata, vnum denarium videlicet cum ductore et a quolibet equite pro se et seruiante suo, vnum denarium et a quolibet pedite, vnum obulum videlicet semel in die in constructionem seu reparationem pontis predicti pro uos bene et fideliter conuertendos. Volentes quod procuratori nostro in gubernatione Osce, computum teneamini reddere annis singulis. Mandantes vniuersis et singulis officialibus et subditis nostris quod concessionem nostram huiusmodi teneant firmiter et obseruent et faciant obseruari. In cuius rei testimonium, presentem fieri iussimus nostro sigillo munitam. Data Valencie, XIII^o Kalendas Madii, anno Domini millesimo CCC^oX^oL sexto. Hugus, cancellarius.

Nicholaus Martini, mandato regio facto per Rodericum Didaci, consiliarium.

CXXI

1347, diciembre, 26. Barcelona.

Pedro IV de Aragón concede al cirujano dentista de Caller, Juan Muncii, licencia para ejercer la profesión en sus dominios y para portar armas.

885, f^o 193 recto.

Petrus, Dei gratia rex Aragonum, Valencie, etc. Dilectis et fidelibus vniuersis et singulis officialibus nostris presentibus et futuris, vel loca tenentibus eorumdem, ad quos presentes peruenerint. Salutem etc. Cum magister Johannes Muncii de Castro Callari, chirurgicus ac in arte seu sciencia super curandis morbis dentium creditus * plene instructus intendat, de nostri licencia et permissu, in regnis et terris nostris vti arte et sciencia supradictis. Propterea vobis dicimus et mandamus quatenus dictum magistrum Johannem, tamquam expertum in arte et sciencia supradictis, exercere et vti eisdem libere et absque obstaculo permitatis et ipsum propterea per aliquem seu aliquos agruari, iniuriari ac etiam perturbari, nullatenus permitatis. Quinime eundem a predictis omnibus tueamini ac etiam defendatis, permitentes eidem arma deferre prohibita, in locis omnibus nostre diccioni ac dominatione subiectis. Et contra hec facere vel venire nullatenus attemptetis et ut predicta maiorem obtineant roboris firmitatem, presentem carta dicto Johanni fieri iussimus, nostro sigillo pendenti munitam. Data Barchinone, VII^o Kalendas januarii, anno Domini millesimo CCC^oX^oL septimo. Exa. Rodericus

Petrus de Gostemps, mandato regio facto
per Rodericum Didaci, vicecancellarium

* En lugar de las cinco palabras precedentes, que van entre renglones, se había escrito primero: « Sancte Apolonie conficiendarum », que aparece tachado.